



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. Quænam præterea beneficia vacent per adeptionem alterius?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

per eum stererit, quominus fructuum etiam possessionem habeat.

Tertio requiritur ad inducendam prioris vacationem per acquisitionem secundi, ut utrumque fuerit collatum in perpetuum, sive in titulum, sive in commendam, ut indicat Trident. sess. 7. 6. 4. de refor. & hinc per acceptationem Vicariatus Episcopalis, non vacat dignitas v. g. quam prius possederat Vicarius talis, cum Vicarius iste non conferatur in perpetuum, sed ad nutum sit amovibilis Vicarius talis.

Quando, si ille, qui alterum beneficium curatum v. g. obtinuit, expensas fecit in primo ex bonis suis patrimonialibus, cogi non potest, ut primum illud dimittat, nisi prius restituant illi expensas, argum. Can. 2. c. 12. q. 3. nisi ex conjecturis appareat, quod eas fecerit in favorem Ecclesie, absque animo repetendi.

§. VI.

Quanam præterea beneficia videntur per adoptionem alterius?

Dubitatur primò, utrum per promociónem alij ad Episcopatum amicitur, & videntur beneficia promoti? scilicet ipso jure vacare omnia promoti beneficia (etiam simplicia & pensiones &c. nisi Papa ob p. uper tamen v. g. Episcopatus, vel ob aliam rationabilem causam, ad hanc retinenda cum illo dispensaverit) postquam electionem de se factam, & līu confirmationem acceptavit, pacificam bonorum Ecclesiasticorum possessionem acquisivit, ac consecutus fuit, vel saltē tem- pus ad consecrationem accipendam à jure præscriptum suā negligentia elabi-

permisit, non acceptā consecratione. argu. c. cām in cunctis 7. 8. cum verò de Elect. juncta Glossa V. Tempore, & V. ad quem spectat. Sicut enim absque his non cœletur plenam & perfectam Episcopatus possessionem habere, ita si negligens fuit, sua illi negligentia nihil prodesse debet.

Dubitatur secundò, utrum prius curatum beneficium ipso jure amicitur, qui alterum beneficium curatum per vim iniuste, aut si jus ad illud habeat, propriā tamen auctoritate occupat. scilicet ad primum calum affirmativè, neque enim decet, melioris conditionis esse eum, qui deliquerit, occupando alterum beneficium, ut ait Pontifex in c. Eum, qui 18. h. t. in 6. quām scilicet, qui admittendo alterum beneficium curatum nihil delinquit. Ad secundum casum scilicet ex eadem c. perdere illum omne jus, si quod habet, vel in talibus beneficiis, vel ad ea, ut in eo puniatur, in quo delinquit per sui intrusionem.

Dubitatur Tertiò, an ipso jure vacet beneficium simplex personalem residen- tiam requirens per adoptionem alterius similis beneficii, etiam personalem resi- dentiam requirentis. scilicet probabilius vi- deri, quod non ipso jure vacet prius, cūm enim iuxta iura antiqua, in tali casu non vacaret ipso jure beneficium prius, sed penes beneficiatum esset, alterutrum, quod veller, dimittere, cūm utriusque deservire non posset, hoc autem jus antiquum per nullum jus recen- tius quoad simplicia talia beneficia, quae non sunt Dignitates, aut Personatus, cor- rectum fuerit, consequenter manet illud in suo vigore, iuxta communissimam juris regu-

regulam, ab antiquo jure recedendum non esse, nisi in quantum illud à jure recentiore correctum est.

Dubitatur quād an qui tertium vel quartum beneficium incompatibile obtinet, ipso jure amittat duo, vel tria priora. *N.* pati modo de his pluribus loqui nos debere, quo de duobus tantum incompatibilibus jura statuant. Videatur *Element. si plures. 3. b. s.*

§. VII.

De pluralitate, & incompatibilitate beneficiorum regularium.

Respondetur prohibeti in e. *Cum singularia 32. b. 1. in 6.* ad cavendam scilicet dissolutionis, & evagationis materiam, ne uni eidemque regulati plures Prioratus, aut Ecclesiarum curam animarum habentes, quamvis per Vicarios administrare liceat, absque Pontificali dispensatione, conferantur, vel si habent tandem Dignitatem, aut Ecclesiam talem, alia similis conferatur, ipso jure vacet prima, & statim dimitti debeat à tali Religioso, nisi ineligibili effici velit, ex quo ipso capit. etiam patet §. prohibemus quād nec in diversis monasteriis duo beneficia regularia in Titulum obtainere possit Monachus, aut profensus esse in duabus monasteriis, & sic jus beneficii, aut collegii habere &c. ne per diversas obedientias distrahitur; & quod carnale matrimonium non patitur, ut duas quis uxores simul habeat, nec in spirituali matrimonio religiosarum professionis conceditur, ut qui per suam professionem uni monasterio se totum tradidit, alteri etiam Mo-

nasterio per religiosam professionem tradat; si autem duplex hoc spiritu matrimonium in duobus monasteriis sistere non potest, non potest etiam sistere, in hoc & illo Monasterio beneficium obtainere, quod tantum proculcunque Monasterii competit.

§. VIII.

*Quis possit dispensare in pluri-
tate beneficiorum, & qua similitudine
sa in ea dispensandi?*

Ad beneficia plura simul frumenta habenda, si illa sint de jure communi incompatibilia, nemo dispensare potest nisi solus Papa, ob justam causam, nam enim solius est in jure communis protestatis plenitudinem dispensare, perserit in materia beneficiorum ecclesiasticorum, quorum plenam ecclesie dispensationem habet; debet vero justam causam dispensandi habere, ut ne dissipare posui, quam diligenter videatur, ut dictum, in materia communi moribus periculosa, & abutit potest damnum Ecclesiae, & potest potest plenitudine, quam ut in illius bonum, quād iuri naturali videatur contraria, pluralitas beneficiorum, sine justa causa concessa. Et quanvis olim de jure communis etiam Episcopi dispensare tuerint, ut quis simul in diversis Episcopatibus oblinueret duos Canoniciatus, vel in eis duo beneficia simplicia, vel in eis etiam Ecclesia duo beneficia diffundat, Canonicatum v.g. & Capella, immo tamen post Tridentinum dispensandum que in his potest (mulier minus, ut possit quis accipere vel retinere) fieri.